tur, pœna relegationis plecti ſolent, l. A ſi quis. 30. ff. de pœn. Sed hæc de re tota, commodius ad tit. ext. eod. exponetur. & quod ſatis eſt, ſaluriq; eſſe poteſt, de fontibus Iſraël petatur. Neque enim neceſſarium, ſed potius temerarium eſt, definire numen infinitum, diuiſionem quærere in eſſentia ſimpliciſſima, aut cauſas in eo, qui ſit omnium rerum cauſa & finis ineffabilis eſſentiæ & potentiæ. Quare venerabundi hæc ſacra prætereuntes, ad ea, quæ noſtræ ſunt profeſſionis, progrediamur.

DE SACROSANCTIS Eccleſijs, & de rebus ac priuilegijs earum. Tit. II.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Definitio Eccleſiæ, & diuiſio.*
3 *Cauſæ.*
4 *Affinia.*
5 *Contraria.*
6 *De rebus Eccleſiæ.*
7 *De priuilegijs.*

1 NON† modò ſacra ſunt Deus & fides catholica, ſed res etiã Deo ſacratæ: *§. ſacra. Inſt. de rer. diuiſ. l. in tantũ. 6. §. 2. cũ ll. ſeq. ff. eod.* in quib. præcipuæ ſunt Eccleſiæ: quæ non ſimpliciter ſacræ, ſed ſacroſanctę noſtris nominantur: quod non ſolùm Deo ſacræ ſunt, *d. §. ſacra. d. l. 6. §. 2. verb. ſemel autẽ ædes ſacra facta, de rer. diuiſ.* ſed etiã Principum conſtitutionib. velut ſanctæ, *l. ſanctũ 8 cum ll. ſeq. ff. de rer. diuiſ. & tot. t. ne quid in lo. ſacro.* ab iniurijs hominũ impiorũ (quæ maxima ſemper multitudo fuit) defendantur, *Rub. C. ne ſanctũ bapt. l. ſi quis. 10. & paſſim, hoc titu. Sic Cic. in Cat. 2. ſacroſanctæ poſſeſſiones, hoc eſt, inuiolabiles vocã.*

2 ❡ Eccleſiæ Græcũ multitudinis nomen, dupliciter noſtris accipitur: aliquando vniuerſaliter, pro Eccleſia catholica, cœtu Dei, *Ioſue 22. 17.* quæ veræ religionis perpetua eſt mater, *l. inhæremus. 4. h. t.* & rerum omnium humanarum vna conſeruatrix, *l. 4. C. tit. 1.*

A Loquimur enim non de triumphante (quò ius noſtrum non pertinet, vt nec humana reliqua, *1. Corinth. 15.*) ſed de militante Eccleſia: Aliàs particulariter accipitur pro multitudine fidelium particulari, certum in locum congregata: & hoc in titulo potiſſimùm pro Eccleſia materiali, hoc eſt, locis & templis manu factis, in quæ fideles ſtatis temporibus diuiB ni cultus gratia ſolent conuenire.

❡ Ea conſtruitur conſenſu multitu- 3
dinis hominum, ad minus decem, *c. vnio. 10. q. 3.* authoritate ſuperioris, *c. ad audientiam. de eccleſ. ædif.* loco publico congruo, *l. in eccleſijs. 11. C. de epiſ. & cler. c. eccleſias. de conſ. diſt. 1. c. cum ſecundum. de præb. c. ſi ſeruus. 54. diſt. c. comperimus. 14. qu. vltim. c. 1. & 2. de oper. no. nunc. vide Bart. in l. ſi locus. de relig. & ſump. fun. Hoſt. C de eccleſ. ædif. nu. 4. 5.* ſumptibus vniuerſitatis cui cõſtruitur, *c. quicunque. 16. q. 1. c. ad Apoſtolicam. de ſimon. Hoſt. de eccleſ. ædif. n. 2.* aſſignatis certo numero miniſtris, *in Auth. vt determ. ſit numerus, &c.* qui diuino Eccleſiæ miniſterio & cultui præſint: & dote ac reditibus, cum ad eorundem ſuſtentationem, tum ad Eccleſiæ inſtaurationem aſſignatis, *c. cum ſicut. de conſecr. eccleſ.* vt cultus ibi D diuinus teneri, & cœtus piorum certis diebus ad audiendũ verbum, vſumq; ſacramentorũ, ac publicas preces conuenire poſſit, *l. ſi quis. 9. C. de hæret.* Nam ad vſum hunc miniſterij publici, potiſſimum Eccleſiæ conſtruuntur.

❡ Affinia Eccleſiæ ſunt loca pia, vt 4
orphanotrophia, ptochotrophia, xenodochia, *l. omnes. 33. C. tit. 1.* monaſteE ria, *tot. tit. extr. de religiſ. dom. vbi Panor. Hoſt. & Dd.* oratoria: *§. ſi quis. in Auth. de eccleſ. tit.* quæ larga huius ſignificatione comprehẽduntur, non propria: *c. 2. vbi Panor. num. 1. & 2. de conſuet. Card. Clem. 1. q. 3. de iud.* & in fauorabilibus, non odioſis, Eccleſiæ appellatione ac iure comprehenduntur, *c. grandi. de ſup. neg. præl. l. 2. de in integ. reſt. li. 6.* & priuilegijs gaudent, *§. de temporalib. in Auth. de ecF cleſ. tit.* hoc diſtant, quod hæc vſibus ac alimentationi religioſarum aut miſerabilium perſonarum, Eccleſiæ verò cultui præcipuè diuino dedicētur. *Inſtit. de rer. diuiſ. §. ſacra, cum ſeq.* Affinia e.